Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

et per prophetas dicebat: Vivo ego dicit Dominus. Et ideo di-
cebatur vivus secundum permanentiam quam supereminenter omni-
bus habentibus vitam, quam solus habet in immortalitate,
et est fons vitae, quae ipse dicitur Deus Pater. Vita autem est
quae de fonte procedens, qui dixit: Ego sum vita.
Hieronymus. Deum autem vivum appellat ad comparationem
illorum eorum deorum qui putantur quidem dii, sed mor-
tui sunt: Saturnum dico, Iovem, Venerem
et Herculem, et cetera idolorum portenta. Hylarius.
Est autem haec vera et inviolabilis fides ex Deo Deum
filium profectum fuisse, cui sit ex aeternitate
paternae aeternitas. Hunc igitur assumpsisse corpus
et hominem factum esse perfecta confessio est. Complexus est
igitur omnia quae et rem et nomen explicuit. In quo sum-
ma virtutum est. Rabanus. Mira autem distinctio-
ne factum est, ut Dominus ipse humilitatem assump-
tae humanitatis proferat, discipulus excellen-
tiam divinae aeternitatis ostendat. Hylarius.
Dignum confessio Petri praemium consecuta est,
quia Dei filium in homine vidisset. Unde sequitur: Respondens
autem Iesus dixit ei: Beatus es Simon Bariona, quia caro et san-
guis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in caelis est. Hieronymus. Red-
dit ei Christus apostolo vicem testimonio de se Petri dixerat:
Tu es Christus filius Dei vivi. Dominus autem dixit ei:
Beatus es Simon Bariona. Quare? Quia non reve-
lavit tibi caro et sanguis, sed revelavit Pater.
Quod caro et sanguis revelare non potu-
it, Spiritus sancti gratia revelatum est. Ergo ex confes-
sione sortitur vocabulum quod revelationem
ex Spiritu sancto habeat, cuius et filius appellandus sit.
Siquidem Bariona in lingua nostra sonat
filius columbae. Hieronymus. Alii simpliciter accipi-
unt quod Simon, id est Petrus, filius sit Iohannis, iuxta alte-
rius loci interrogationem: Simon Iohannis, diligis
me? Et voluerunt scriptorum vitio depravatum, ut
pro Bariohanna, id est filio Iohannis, Bariona scrip-
tum sit, una detracta syllaba. Iohanna autem inter-
pretatur Domini gratia. Utrumque autem nomen mystice in-
telligi potest: quod et columba Spiritum sanctum, et gratia
Dei donum significet spirituale. Chrysostomus. Va-
num autem esset dicere: Tu es filius Ionae vel Iohan-
nae; sed ut ostendat quod ita naturaliter est Christus
filius Dei sicut Petrus filius Ionae, eiusdem substantiae cum eo
qui genuit. Hieronymus. Illud autem quod ait: Caro
et sanguis non revelavit tibi, apostolicae narrationi
compara in qua ait: Continuo non acquievi
carni et sanguini; carnem ibi et sangui-
nem Iudaeos significans, ut hic quoque alio sen-
su demonstretur quod ei non per doctrinam Pharisaeorum
sed per Dei gratiam Christus Dei filius revelatus sit. Hylarius.
Vel aliter: Beatus hic ultra humanos oculos et inten-
disse et vidisse laudatur, non id quod ex
carne et sanguine est contuens, sed Dei filium
caelestis Patris revelatione conspiciens; dignus-
que iudicatus est ut primus agnosceret quod divini-
tatis esset in Christo. Origenes. Certe autem in hoc loco quaerend-
um est, cum prius mitterentur, iam cognoscebant
discipuli quoniam ipse erat Christus. Hic enim sermo de-
monstrat quoniam tunc primum confessus fuit eum Petrus
Christum filium Dei vivi. Et vide si potes quoniam
credere Iesum esse Christum minus est quam cognosce-
re. Dicamus quod quando mittebantur ad praedicandum
credebant Iesum esse Christum; postea autem proficientes
et cognoverunt; aut ita est respondendum ut dica-
mus quoniam tunc quidem apostoli initia cognitionis Christi habebant
et exigua cognoscebant de illo; postea autem profece-
runt in agnitionem ipsius ut possent capere scientiam
Christi revelatam a Patre sicut et Petrus, qui beatificatur non so-
lum in eo quod dixit: Tu es Christus, sed multo magis
quod addidit: Filius Dei vivi. Chrysostomus. Et nimirum
autem si non confessus esset Petrus Christum proprie ex Patre natum,
non esset hic revelatione opus; neque existimare Christum
unum ex multis filiis adoptivis beatitudine
dignum esset; nam et ante hoc illi qui erant in navi
dixerunt: Vere filius Dei est hic. Sed et Nathanael
dixit: Rabbi, tu es filius Dei. Non tamen beatificati sunt,
quia non talem confessi sunt filiationem qualem Petrus,
sed unum ex multis eum existimabant, non vere
filium. Vel etsi praecipuum quidem prae multis, non ex sub-
stantia Patris. Videas autem qualiter et filium revelat